Andreas Sampers

BIBLIOGRAPHIA LIBRORUM PRIVILEGIORUM CSSR

Uti semper in huiusmodi bibliographiis, satis habemus enumerare tantum editiones typis cusas, animadvertentes quod in archivo nostro generali (1) et in archivo Prov. Neapolitanae (2) praeter ipsa documenta etiam plura adsunt manuscripta maioris et minoris molis, in quibus explicationes et indices facultatum litteris sunt concrediti. Haec privilegiorum compendia manuscripta certe in studio accuratiori ac subtiliori de hac materia minime sunt negligenda; nominamus tantum opera ponderosa Patrum Iosephi Pavone (1736-1810) (3) et Sosii Lupoli (1744-1831) (4).

Peculiari modo studiosos de prima editione ann. 1756-57 monemus; agitur enim, ut videtur, de opusculo valde raro.

In fine adiungimus duos libellos, ea intentione conscriptos, ut fidelibus dentur notitiae circa indulgentias, applicatas rosariis cet. a Patribus CSSR benedictis.

Privilegj, facoltà e indulgenze, concesse dal nostro Regnante SS. Papa Bened. XIV alla Congregazione del SS. Redentore, eretta con Autorità Apostolica in Benevento e propriamente nella Terra di S. Angelo a Cupalo [!], sotto il titolo di Maria SS. Assunta; s.l., typ. nom. et a.; 16° (12 × 6 cm), XXXVI pp

Non habetur propria pagina pro inscriptione. Libellus editus est ann. 1756-1757, et quidem *post diem 19 VII 1756*, quia rescriptum illius dei quo conceditur communicatio privilegiorum Congregationum Doctrinae Christianae et Piorum Operariorum transcribitur (pp. II-III), sed *ante diem 11 VIII 1757*, quia eo die per Breve pontificium haec communicatio confirmata est; Breve an. 1757, non vero rescriptum an. 1756, in sequenti editione an. 1763 transcribitur (pp. 4-7). Notetur etiam, editionem factam esse ante obitum Benedicti

(1) AG *Facultates et privilegia.* De documentis et manuscriptis ibi conservatis habetur repertorium proprium, subtiliter omnia explicans.

(2) Vide inventarium huius archivi a P.e Gregorio an. 1949 confectum.

(3) *Dichiarazione de' privilegj che gode la Congregazione del SS. Redentore.*

(4) *Compendio dei privilegii della Congregazione del SS.mo Redentore riguardo alla amministrazione del Sacramento della Penitenza...* [Opera] divisa in tre parti.

PP. XIV († 3 V 1758). - Minus recte ergo affirmatur in *Spic. hist.* 11 (1963) 475 n. 36, an. 1763 editum esse primum privilegiorum CSSR compendium.

Compendio de' privilegj, grazie ed indulgenze, concesse dalla felice memoria di Benedetto XIV alla Congregazione del SS. Redentore; anche per communicazione &c.; Napoli, G. Di Domenico, 1763; 16° (12 × 6), 30 pp. - Adiunctus est libellus: « Epiloghi de' privilegj, facoltà ed indulgenze, concesse alla Congregazione del SS. Redentore da N.S. Papa Benedetto XIV, così per se, come per comunicazione colle Congregazioni de' PP. della Dottrina Cristiana, Pii Operarj, Filippini e della Sagra Famiglia », XII pp.

Ut magis notetur differentia inter hanc et praecedentem editionem, animadvertimus quod pag. 3 incipit: Privilegj, facoltà e indulgenze, concesse da Papa Bened. XIV alla Congregazione del SS. Redentore, eretta con Autorità Apostolica in Benevento e propriamente nella Terra di S. Angelo a Cupalo [!], e per Regal Dispaccio in altri luoghi di questo Regno di Napoli. - Post Breve diei 11 VIII 1757 transcriptum (pp. 4-7) indicatur « exequatur regium » diei 4 VII 1763.

Compendium privilegiorum Congregationis Sanctissimi Redemptoris..., recto & accurato ordine collectorum, ad usum Patrum ejusdem Congregationis commorantium in Statu Pontificio; s.l. et typ. nom., 1792; 16° (14 × 9.5 cm), 126 pp. - In fine (pp. 122-123) habetur « Monitum » de non tradendo librum extraneis, subscriptum: Franciscus De Paola, Superior Generalis, Romae die 1 Martii 1792.

Compendium privilegiorum Congregationis Sanctissimi Redemptoris..., recto et accurato ordine collectorum, ad usum Patrum eiusdem Congregationis; Romae 1833; 16° (17.5 × 10.5 cm), 120 pp. - In fine (p. 119) habetur idem « Monitum » cum subscriptione ut in editione praecedenti, cui adiungitur: *Secunda editio*. Romae die 14 Aprilis 1833. Procurator Generalis Congregationis SS. Redemptoris, Joseph M. Mautone.

Compendium privilegiorum Congregationis SS. Redemptoris..., recto et accurato ordine collectorum, ad usum Patrum ejusdem Congregationis commorantium in Statu Pontificio; s.l. et typ. nom., 1839; 16° (15.5 × 10 cm), 128 pp. - Adiunctum est in quibusdam exemplaribus folium 4 pag. in quo Breve Pii PP. VII diei 9 I 1807 (Communicatio privilegiorum). Ad oram infimam pag. 4 huius folii notatur: Mutinae ex Regio Typographeo Haeredum Soliani.

Compendium privilegiorum Congregationis SS. Redemptoris..., recto et accurato ordine collectorum, ad usum Patrum ejusdem Congregationis; s.l. et typ. nom., 1840; 16° (17 × 10), 128 pp.

Expositio succincta privilegiorum, quibus utitur Congregatio SS.mi Redemptoris, cum universa, tum speciatim cisalpina. Primum germanice conscripsit R.P. [Rudolfus von] SMETANA ejusdem Congregationis presbyter, nunc latine reddiderunt notisque auxerunt ex eadem Congregatione quidam Collegii Wittemiensis Patres; Wittem, lithographice multiplicatum, 1847; 8° (20 × 12 cm), [2] - 66 pp. - Adiuncta est « Appendix, continens quaedam

documenta authentica et varias dispensandi, absolvendi ac benedicendi formulas ad privilegia spectantes », XXXVI pp.

Elenchus facultatum et gratiarum spiritualium quibus potitur Congregatio SS. Redemptoris ex Sedis Apostolicae concessionibus et aliorum Ordinum communicationibus [curante Rudolfo von SMETANA]. In usum presbyterorum ejusdem Congregationis; Monachii, J.G. Weiss, 1860; 8° (21 × 13.5 cm), [8] - 408 pp. - Initio libri habentur litterae Rev.mi Patris Nicolai Mauron ad socios Congregationis diei 24 Maji 1860.

Facultatum et gratiarum spiritualium, quibus extra Italiam potitur Congregatio SS.mi Redemptoris, epitome, Foederatorum Americae Septentrionalis Statuum conditioni accomodata, curante A[ntonio] KONINGS; Baltimorae, Kreuzer fratres, 1872; 16° (14.5 × 10 cm), 118-XXVI pp. - Initio libelli habetur approbatio subscripta a Jos. Helmpraecht, Sup. Prov., Baltimorae die prima mensis Mariani 1872.

Compendio dell'Elenco dei privilegi della Congregazione del Santissimo Redentore, stampato a Monaco in Baviera nell'anno 1860, con aggiunta di note ed avvertenze; Napoli, Tip. dell'Accademia Reale delle Scienze, 1878; 16° (15.5 × 10 cm), 120 pp. - Praefatio libelli subscripta est a Vinc. M. Mautone, Sup. Prov., Napoli 29 gennaio 1878.

Facultatum et gratiarum spiritualium, quibus extra Italiam potitur Congregatio SS.mi Redemptoris, epitome, Foederatorum Americae Septentrionalis Statuum conditioni accomodata, curante A[ntonio] KONINGS. Editio altera emendatior; Baltimorae 1881; 16° (15 × 10 cm), XXI-114 pp. - Initio libelli habetur approbatio subscripta ab E. Schauer, Prov. Balt. Sup., Baltimorae festo Annunt. B.M.V. 1881.

Facultatum et gratiarum spiritualium, quibus potitur Congregatio SS.mi Redemptoris, epitome [*cetera omnia ut in inscriptione editionis praecedentis*]; Baltimorae 1882: 16° (16 × 10 cm), XXI-122 pp. - Reimpressio editionis praecedentis an. 1881; omittuntur in inscriptione verba « extra Italiam », adiunguntur « Monitum » de non tradendo librum extraneis in p. IV (vacua in ed. an. 1881), et Elenchus facultatum in pp. 115-122; erronee permutatae sunt p. 101 (1ª pag. Indicis capitulorum) et p. 105 (1ª pag. Indicis alphabetici).

Documenta authentica facultatum et gratiarum spiritualium quas Congregationi SS. Redemptoris S. Sedes concessit, sive directe, sive per communicationem cum aliis Institutis. In usum presbyterorum ejusdem Congregationis ad integrum descripta et in unum collecta [cura Georgii SCHOBER]; Ratisbonae, Frid. Pustet, 1903; 8° (20 × 13 cm), XI-642-232* pp.

Compendium privilegiorum et gratiarum spiritualium, quibus ex S. Sedis concessione gaudet Congregatio SS. Redemptoris, redactum a Georgio SCHO-

BER, revisum a Josepho AERTNYS; Ratisbonae e.a., Frid. Pustet, 1909; 16° (17×11 cm), IV-164 pp.

Enchiridion canonico-practicum facultatum et formularum, ad usum sacerdotum Congregationis SS. Redemptoris (Prov. Germaniae Inferioris). Cura et studio Petri FINK; Bonnae, Hofbauer-Verlag, 1935; 16° (15×11.5 cm), XIII-109 pp. - In hoc compendio etiam de privilegiis CSSR agitur.

Compendium privilegiorum Congregationis SS. Redemptoris, recognitum atque iussu et auctoritate Rectoris Maioris iterum editum; Romae, sumpt. Domus Generalitiae [tip. Cuggiani], 1941; 16° (13.5×9 cm), IV-144 pp. - Est 2ª editio Compendii an. 1909, emendata a Bernardo Lijdsman, a Clemente Henze correcta et ordinata, a Rev.mo P.e Patritio Murray die 2 Febr. 1941 approbata. - Exstat reimpressio photomechanica facta in U.S.A. (cfr. *Analecta CSSR* 33 [1961] 314).

Epitome facultatum nostrarum, [quam edidit] Clemens HENZE; Romae, Domus Generalitia [tip. della Pace], 1957; 16° (14×9.5 cm), 16 pp.

Exposition des indulgences attachées aux chapelets, croix, médailles et scapulaires, bénits par les PP. de la Congrégation du T.-S. Rédempteur; Nancy, Vagner, 1845; 16° (14×9 cm), 24 pp.

Recueil de notions pratiques (à l'usage des fidèles) sur les indulgences attachées aux médailles, crucifix, chapelets, scapulaires, bénits par les Pères Rédemptoristes (Extrait du Trésor spirituel [du P. Michel ULRICH, 1863]) par le P. [Pierre] ASSEMAINE; St-Nicolas, Pr. Trenel, 1863; 16° (15.5×10 cm), 72 pp.